



TV, 101 .

2,15.



11
FœDUS AMORUM
Solemnitati Nuptiarum
VIRI
Amplissimi & Excellentissimi,
DN. GEORGI CASP. KIRCHMAIERI
Eloquentiæ Professoris Publici ce-
leberrimi.

&
ELISABETHÆ,
VIRI
Amplissimi atque Excellentissimi,
DN. CHRISTOPHORI NOTTNAGELII,
Superior. Mathem. Professoris Publici dignissimi,
optimè meriti
FILIÆ DILECTISSIMÆ,
SACRUM
Auspicatum vovent ac diuturnum
Fautores & Amici.

WITTEBERGÆ
LITTERIS HENCKELIANIS.
ANNO M. DC. LXI.



FRANCIA laudatur vario lætissima
fructu,

Terra ferax Cereris, nec bona vina
negans.

Sunt hæc magna; tamen longè majora
superfunt,

FRANCIA, quæ dudum Te super
astra vehunt.

Haftenus alma Parens mundo tot clara dedisti

Lumina, quæ fando Musa referre nequit.

Posset TAUBMANNUS laudari arte Poëta,

FRANCIA quem genuit, quem Witeberga diu

Susceptum fovit; lege tantùm scripta polita,

Ambrosiam decies lecta, relecta dabunt.

Reliqua ne tangam (quis enim comprehendere versu

Jamjam tam paucò singula ritè queat?)

Sufficiat mihi Biga virùm celebrata per orbem,

Quos jam *Collegas* Leucoris alma tenet.

Quin istos multò conjungit firmior usus;

Alter enim *focer* est, alter & ipse *gener*.

Quis NOTTNAGELIT dignâ celebrare camœnâ

Quis KIRCHMAIERI scripta disertâ potest?

Hinc KIRCHMAIERUM spectarunt sidere faustò,

Leucoridesque Deæ digna dedere VIRO.

Ampla *Professoris* nuper Tibi credita *sparta*,

Quam nunc exornas sedulitate piâ.

Fata TIBI, Patrone, favent. Nam clara VIRAGO

Te maëtat Sponsi nomine, Fata favent.

Quam benè conveniunt non dispare sorte ligata

CORCULA! quam dulcis pectore spirat amor!

Has

Has ergo grator SOCERO, GENEROq; beatas,
Queis clemens tædis adnuit ipse Deus.
Jam sua vota PARI NEONYMPHÛM Patria mittit,
Et mittet vestro vota dicata Toro:
Acclamant Cives pariter FELICITER omnes:
Nobile Par felix cresce, vigesce, sene!
Acciamant Parnassicolæ FELICITER omnes:
Nobile Par felix cresce, vigesce, sene!
Acclamoque pio nostrum FELICITER ore:
Nobile par felix cresce, vigesce, sene!

Sic
gratanti animo vovebat

M. GEORGIUS MEIER
Lunæburgensis.

Post ter succensas tædas, totiesque jugales
Instratos thalamos, viridî recubabat in herbâ
Nuper, & æthereos per gramina fuderat artus,
Alma Venus; poterat jam tandem lassâ videri.
Somnus enim, placida perfundens membra quiete,
Lumina claudebat. Verùm mox stridor amœnus
Exoritur: Qualem Sylvarum frondibus aura
Inspirans solita est persæpe movere susurrum
Erigitur Cytherea, sinu cum protinus almo
Illabi gnatum sensit. Stupet inscîa mater
Spirantem puerum. Mox quæ tu prælia sudas
Improbe? vel quæ parta tibi Victoria? dicit.
Sic Venus. Is subrisit adhæc, & talia fatur:
Nunc multùm lætare parens, insigne tropæum
Rettulimus! parta est mihi non ingloria laurus.
Scis, Oratoris obeat quis munere clari.

Quis

Quis Latii flores, Tulli eloquiumque juventæ
Læcoris exponat, (quis enim non nomina tanti
Clara *Viri* noscet) sed non de laudibus ejus
Hic locus : is celebri nam famâ illustris ubique est.
Nec Tibi nota minus, virtus præclara puellæ,
Et *Nottagelida* pietas insignis; utrique
Jam nostros sensere arcus, Charissima mater,
Junge toros, dixit. Removet Cytherea ferocem
E gremio puerum, Mox connubialia velox
Tecta petit, thalamosque parat festina jugales.
Interea Charites (illas nam mater amorum
Ducebat comites) sic votivo ore precantur :
Vivite felices, faustusque affulgeat ather,
Nestoreos annos felices vivite sponsi!

In debitæ observantiæ Symbolum
hoc qualecunque ex-
hibet.

M. JACOBUS de CLERICE
Hamb.



Ed 198

ULB Halle 3
002 040 255



Sb

UD 17

mit





Fœdus Am
Solemnitati
VIR
Amplissimi & Exc

DN. GEORGI CAS

Eloquentiæ Profess
leberri
&

ELISAB

VIR
Amplissimi atque

DN. CHRISTOPHO

Superior. Mathem. Profe
optimè

FILIAE DILE

SACR
Auspicatum vove

Fautores

WITTE
LITTERIS HE
ANNO M

